

Tractatus de arte Medendi, omnibus
morborum curam aspiciaturis
appime necessarius.

De Libri utilitate.



N medendis corporibus, & maxime purgandis, varijs saepe molestamur incommotis, non quia medicina, quae datur sit incongrua; sed quia ab incongruis Medicis incongrue est oblata. Ideo ego Capho hoc opus de arte medendi a Caphonis ore fuitq; & sociorum scriptis; compendiosè collegi, quatenus si quod symptoma superuenerit incongruum, mihi, ceterisque in hac arte non proiectis conueniens, praesto sit remedium. Si quis enim hoc opus in manibus habuerit, medendi notitiam in pharmanis latum inueniet effectum. Nam in potionibus, & pericula vitare (si qua forte contingant) ad plenum sciet, & remouere.

De varijs Medendi modis, & libelli
diuisione.

M Vltis modis medemur; aut dissoluendo, aut constringendo, vel mortificando, aut restaurando. Corpora. n. repleta inanimus, vel dissoluta constringimus, vel in corpore deperdita restauramus. Inanimus quidem medicinis dissolutius, vt scāmonea. Constringimus cōstrictiuis: vt acacia, et opiat. Restauramus cibis, & potibus, cōgruisq; medicinis, vt diarhodū, triafandali, diamargariton, & similibus. Restat, & alius medendi modus, quando videlicet cōpactam, & crudam materiā ad digestionē ducimus, de quo in fine huius opusculi tractabitur. Cuius quatuor erunt particulae principales. Prima de modo medendi cū medicinis dissolutiuis, seu laxatiuis. Secunda de modo medendi cōstrictiuis, vel mortificatiuis. Tertia de modo medendi restauratiuis. Quarta de modo medendi digestiuis medicinis, & alteratiuis.

Incipit particula prima de modo operandi per
medicinas dissolutiuas, seu laxatiuas.



I Axādo igitur tribus modis medemur attrahendo, expellendo, & dissoluendo, & hoc locorum diuersitate, in quibus est materia. Dissoluendo, vt benedicta, cathartico imperiali, & similibus. Attrahendo, vt aloe, opiat. Expellendo, vt psyllio loto in aqua tamarindi, & huiusmodi, quae sic expellunt, quod non dissoluunt. Pro varietate autem locorum, in quibus est materia, quam euacuare intendimus, vna vel pluribus succurrendum est potationibus. Vnde diligenti cōsideratione medicus inuestiget locum materiei, vt secundum loci proprietatem vnam vel plures tribuat medicinas. Si. n. materia fuerit in stomacho, vel in hepate, vel in locis his vicinis; vna datur potio fm proprietatem materiei. Si vero materia fuerit in remotis partibus, sicut podagra, in qua materia est in pedibus, damus plures; quia prius damus medicinā dissolutiuā; q̄ humores remotos dissoluat, vt est ius polypodij, ius agathei, pilula cathartica, & similia. Secundo damus alteratiuā medicinā, q̄ humores dissolutos ad stomachū attrahit, et magis dissoluat, vt est bñdicta, & hieralogodiō, picra, &c. Amara. n. citius penetrat ad remotas partes, & extrema magis purgant, quam aliae medicine. Tertio damus expulsiuā, quae humores in stomacho congregatos expellat, vt psyllium, &c. in quibus talis est ordo. In mane damus vnam, meridiē aliam, vespere

Medicina.	pondera	caliditatis	frigiditatis
Galangæ	drac. j.	partes iij.	par. f.
Myrobal.	drac. viij.	part. 3. & f.	partes. iij.

Compositio gradus. 1. cum eo, quod ex suo contrario in 1. gradu reperitur, vt temperetur huius similiter medicinae compositae partes calidae sunt tres, & media, & frigidae tres, & media.

Medicinae	pondera	caliditatis	frigiditatis.
Ambrae	drac. j.	partes ij.	par. f.
Bellirici	drac. iij.	par. j. & f.	partes tres.

Explicit lib. Alchindi de gradibus compositarum medicinarum.

Medicinae Galeni compositio, quam secundum Andromachum edidit, in octaua partes libri. x. tractatuū.

Mansiones	medicinae	pondera.
Frigida, sicca in 2. gradu.	Arnoglossæ.	partes sex.
Calefacit, & siccat in 2. gradu.	Mastichis	partes ij.
Calefacit, & siccat in 2. gradu.	Myrrhae	partes j.
Calefacit, & de siccatur in 2. gradu.	Mentæ	par. j.

Hae fig. eff. sunt praedicta immutata.

Caliditatis	frigiditatis	humidit.	siccitatis.
par. j.	pres. 4.	par. j.	partes iij.
ps. j. & 3. ps. j. terr. p. j.	3. vni ⁹ par.	ps. j. & 3. ps. vni ⁹	
partis. 3. duæ.	partis. 1. 6.	partis sexta	partis. 3. duæ.
partis. 3. duæ	partis. 1. 6.	partis sexta	partis 3. duæ.

Hoc in quodam codice antiquo manuscripto non habetur. Cormina. vero su.

Receptio huius medicinae, quae in lib. Galen. x. tractatibus continetur, in quo secundum auctoritatem Andromachi scribit in tractatu, videlicet. 8. cuius etiam Alchindus auctoritatem induxit quantum gradum esse,rimi quadruplum, & tertium primi triplum. Galeni verba erronea erunt, & erit medicina stomacho nocua propter multitudinem calidarum partium. Scias ergo hoc quod in principio libri quaedam praeposita fuit figura, in qua numeri proportionales quasi confuse dispositi sunt. Ideo in hoc loco ad maiorem expressionem hanc subiicimus tabulam; vt quod ibi dicitur, distincte intelligatur de partibus graduum. Sciendum est, quod si quis subtiliter voluerit attendere remissionis qualitatis augmentum, & intense remissionem, inueniet eas certissime. Cateat tamen ne vnquam eas aequales reddat. Non enim essent ter in gradu.

Quartus adaequatur cum primus quinquuplicatur.
Alter, vt aequetur cum quarto quinquuplicetur.
Septima donetur duplo sic tertius habetur.
Tertius aequatur cum primus septuplicatur.
Alter vt aequetur sibi duplo tertia detur.
Altera adaequatur cum primus subtriplicatur.

1.	1.	1.
1.	2.	4.
2.	3.	4.
3.	5.	7.
2.	6.	11.
3.	8.	18.

Alchindi libellus de gradibus medicinarum explicat.

vespere terriā, vel si materia exigit, in sero damus primā, A
in media nocte secundam, in fine noctis terriā. Caveat ta-
men, ne post secundam donationem nimia fiat humorū
dissolutio, post primam potest dormire, & hoc pro mino-
ri virtute medicinae. Sed sunt quidam, qui tot medicinas
sufferre nequeunt, quibus damus duas, s. digestiua, & ex-
pulsiva. Quidam. n. sunt, qui pp debilitatem duas pati nō
possunt, quibus damus vnā solā, ralem tamē, quā officii
trium compleat, quā. s. dissoluat, attrahat, & expellat, &
hoc sepius faciūt Moderni. Raro. n. vel duas, vel tres tri-
buunt, in quo peccāt, quia vna si posset euacuare tantum
quātum duae, vel tres, tamen non vna ita operari potest,
sicut duae, vel tres, licet vehementior sit. Cū. n. datur ve-
hemens medicina, partes vicinas stomachi citius ex to-
to inanit, q̄ ad extrema penetrare possit, sicut ad caput, et
ad pedes. Item virtus medicinae, prius deficiēs eualescit,
q̄ per mēbra nō apra ad extrema puenire possit. Quarta
cum extrema purgare intendimus, damus duas, vt in ter-
tiam liberiores viam inueniat. Quod si vnā solā da-
re voluerimus, demus sepe, & parum; vt paulatim pur-
getur, & non repente, quod fit quando trigesies, vel qua-
dragesies affellat. Repentina purgatio multum nocet cor-
pori, quia corpus debilitatur, & plus de bonis, quam de
malis humoribus exprimitur. Vnde Hippoc. secundum
multum, & repēte euacuare, siue replere, calere, aut infri-
gidare, fallax, & omnino inimicum naturā.

De danda medicina.

Cum ergo volueris dare medicinā laxatiuam, prius
per aliquot dies. s. duos, vel tres, diatabis eum cibis
fortilibus, & diureticis, iure carniū, iure piscium, cepis
coctis, cum carne porcina pingui, & bis, vel semel cola-
tis ouis fortilibus coctis in aqua, & conditis cū vino, &
pauco pipere, vel herbis mollientibus, vt attrplex, ma-
lua, mercurialis, & similia. Vnde Hippo. Corpora si quis
vult purgare, oportet prius fluxa facere. Et hoc fieri de-
bet maxime in his, qui durā complexionis sunt, nec faci-
le soluuntur, quod si non fiat, potius emphraxim faciūt,
quam euacuationem. Vnde apud Gale. methodici non
attendentes medicinae praeparationem potius humores
concludebant, quam euacuarent. Ideoque alios faciebāt
asthmaticos, alios arthreticos.

De praeparatione medicinae.

Praeparetur autem medicina hoc modo. Si volueris
acuere medicinā cum scammonia, acuatur per de-
cem dies, vel quindecim, antequam detur, vt scammo-
nea bene possit speciebus incorporari, & prius fricetur
scammonia cum oleo rosato, vel violato, vel syrupo rosa-
to inter manus; & sic misceatur medicinae, addito parū
mastice. Mastix. n. prohibet, ne adhæreat villis stoma-
chi, quia causa est saepe dysenteriae. Sic. n. aufertur scam-
moniae malitia, nec timemus, quod inde aliquod pericu-
lū proueniat, & si superuenit, cito, & facile curat. In hoc
enim multi sunt homicidæ, qui dāt medicinam, cū sta-
tim admista est scammonia, antequā incorporaretur spe-
ciebus. Quanto. n. diutius est cum speciebus, tanto me-
lius, & leuius ducit. Quod si non habuerit medicinā sic,
& necesse sit vt demus alicui, fricemus scammonia præ-
dicto modo cum oleo rosato syrupo prædicto, & pauco
mastice, & acuiamus medicinam, & post primum diē,
vel secundum dabimus medicinā, vel coquemus eā sic.
Accipiamus cytonium, vel pomum, & per medium scin-
damus, & intus ponamus puluerem scammoniae, & sic
coniungamus partes, & inuoluamus pasta, vel stupa, vel
panno lineo, madefacto in aqua, & ponamus sub cinere,
cumque coctum fuerit extrahamus, & misceamus cum
medicina, & post vnum diem dabimus. Non est autem
subtiliter puluerizanda scammonia, ne adhæreat villis
stomachi, & faciat dysenteria. Sed aliquantulū est grossa
dimittēda, vt morā in stomacho faciēdo humores in re-
motis partibus absconditos possit soluerē. Si volueris dare
decoctionē, cui ad misceas rheubarbarū, myrobalanos,
vel agaricū, dimitte p diē, et noctē, et fm qd medicina exi-
git, qua purgari dēt mane, & sero, de quo dicit inferius.
Et si fortis fuerit, det tota substātia. Si debilis, colatura.

De dissolutiua medicina.

Datur autem dissolutiua medicina quandoque sa-
nis, quandoque aegris ad expellendam aegritudinē,
sanis ad custodiendam sanitatem. Cum ergo aegris dare
volueris, considera aegritudinem, & materiam aegritu-
dinis, & locum materiei, & secundum hoc competētē
medicinam adhibeas, sicut inferius dicitur; & dictum
est superius. Non est autem danda medicina, donec ma-
teria sit digesta. Vnde Hipp. Digesta medicari, & moue-
re non cruda, &c. Cognoscitur autem materiei digestio
per in piffationem vrinae, si tenuis praecessit, per attēua-
tionem, si spissa praecessit, propter signa, quā in tract. fe-
brium dicta sunt. Prius ergo distinguenda est materia.
Si fuerit indigesta per diuina, & diuretica, & postea de-
tur medicina. Si vero sano volueris dare medicinam so-
lutiua, considerare debes humorem abundantem, &
paratum aegritudinem facere, & secundum hoc medici-
nam purgantem illum humorem. Si enim diuersi hu-
mores in corpore, ita diuersae sunt medicinae quā illos
habent purgare. Si quā datur non purgat humorem, qui
est in causa, magis molestatur patiens. Vnde Hip. Si qua
lia oportet purgari purgentur, confert, & bene ferunt. Si
vero non, contrarium. His signis positis, cognosces, quis
humor sit purgandus, vel abundans in corpore.

De signis humorum.

Si quis macilētus fuerit, vel albus, vel carnosus, & ha-
beat os salsum cum amaritudine, & sputū sit eiūsdē
saporis, salsum phlegma abundat, & purgatione indiget.
Si verō dulcedinem oris patiatur cum plenitudine vena-
rum maxime faciei, & sputum circa dulcedinem verse-
tur, & abominationem cum vomitu, & sine vomitu pa-
tiatur, vrina aliquantulum vinctuosa, & rufa, & spissa;
phlegma dulce abundare significat. Si verō acetositatem
in ore senserit, & appetitus vigeat, & non sitiat, & sputū,
& omne quod in ore committitur circa acetositatē verse-
tur, acetosum phlegma dominatur, & excedit. Si verō os
insipidum fuerit, & sputum in ore nullius saporis sentia-
tur, & appetitus, & sitis deficiat, signum est, quod phleg-
ma insipidum purgari debet. Quod si amaritudo sit in
ore, & sputo, & ore receptis sine falsedine, & vrina sit te-
nuis, & citrina, vel subcitrina, vel subrubea simplicis
cholerae rubeae dominium declarat. Quod si abominatio
fuerit cum vomitu, vel sine vomitu, oris amaritudo, &
vrina citrina, vel subcitrina, non multum tenuis, chole-
ram infectam abundare significat. Quod si minus fuerit
tenuis, & rubea, & amaritudo oris fuerit minor, signum
est cholerae vitellinae rubeae. Si verō magis tenuis, & oris
amaritudo maior, signum cholerae citrinae. Vnde purga-
ri habet cum competentibus medicinis. Si verō pigritia
fuerit maior solito, & appetitus augeat, & sitis minoret,
& aggrauatio mēbrorū, significatur, quod melancholia
purganda est. Quod si vena plena fuerint maxime faci-
ei, pulsus plenus, grauedo spatularum, oris dulcedo, gin-
giua sanguinolenta, labia vlcerata praeter solum, vrina
spissa, & colorata, sanguis dominatur, qui per venā aper-
tionem, vel ventosam minuitur, si per venam non po-
test minui, propter temporis repugnantiam, &c.

De purgatione phlegmatis.

Simplex phlegma purgatur cum benedicta, catharti-
co imperiali, decoctione polypodij, agarici, & simili-
bus. Salsum phlegma purgatur cum hiera picra viali,
theodoricon, anac. theod. hiperist. & similib. Phlegma
dulce purgatur theod. ana. hiera picra fortissima, hiera lo-
godion memphyton, & similibus.

De purgatione cholerae vtriusq; et cōp. humorum.

Cholera rubea, vel incēia purgatur cū tryphera sara-
cenica, electario frigido, oxy. cū decoctione myro-
balanorū, & casia si stula, tamarindorū, violarum, man-
nae. Infecta autē cholera cū hiera picra viali, theod. ana.
card. melancholia purgatur cū hiera fortissima hiera lo-
god. cū decoctione senae, epythymi, & simil. Quod si fue-
rit compositus humor, cōposita datur medicina, simplex
. n. nocet, quia illū humore purgat, & non aliū. Vnde fit
cum medicina datur tertianario, quo cholera purgat, no-

Mesue.

M M m 2 cct,

cer, quia phlegma admixtum est. Sanguis minuitur, per uenæ apertione, ut dictum est, aut per ventosas. Si caput est in causa, aperiatur cephalica. Si stomachus, vel hepar, aperiatur hepatica. Si pulmo, vel thorax, mediana. Si matrix, vel renes, aut vesica, vena tali, & si non est tempus aperiendi venâ, stuphe apponant, vel fiant scarificationes secundum quoddam locus, humor, & tempus requirunt.

Postquam medicina cessauerit, cuius signum est, quod nullus dolor, vel tortio sentiat in stō, vel in vêtre, Deius gallinæ, vel pisciū, vel amygdalarū, secundū quod tps exigit. Datur hoc, ut stomachus, & intestina mūdificent, si qd de medicina remaserit in eis. Post ieiunent per horā, & tunc detur mēbrum gallinæ paratum cū cymino, vel detur pisces, vel ius amygdalarum, & si tēpus exigit, detur vinum lymphatum multum, & nec bibat, nec māducet gulose, nē febris ephimera sequatur. Secundo die eat ad balneum, & caueat sibi a frigore, & a labore per tres dies, utatur cibis bonos humores generantibus.

De diuersitate regionis in purgatione.

Consideranda est in purgationib temporum diuersitas, & humorū, & regionū, per quas fit purgatio. Diuersitas aut temporum fit dupliciter. scilicet secundū tempora anni, & secundū tēpora diei, & noctis, in quib. humor hēt dominari. Sed fm tpa anni varianda est purgationis cā, auctore Hip. dicente, Æstate p superiora, hyeme verò per inferiora purgare debemus. Humores. n. sequūtur temporū proprietates. In æstate verò purgamus per vomitum. In hyeme per inferiora, cōsiderata tñ habitudine, ætate, & morbo, quia patientes habētes strictos meatus circa spiritualia nō purgamus per vomitū, timētes suffocationem. Senes propter frigiditatem cōplexionis non purgamus. Itē in æstate mane superius, in hyeme sero inferius. Item mane superius, sero, & mane inferius.

De consideratione diei, & noctis in purgatione.

Secundum tempora diei, & noctis cōsideratio debet haberi. Cū. n. viginti, & quatuor sint horæ diei, & noctis, unusquisq; humorum dominat sex horis. Sanguis. n. dominatur ab hora nona noctis vsq; ad tertiā horā diei. Cholera ab hora tertia diei, vsq; ad horam nonam diei. Melancholia verò ab hora nona diei, vsq; ad tertiā noctis dominatur. Phlegma a tertia hora noctis vsq; ad nonam horā noctis. Quod si fuerit æstas, & volueris purgare per vomitū cholera, debes dare vomitiuū parum ante horam diei, ut cū faciat morā in stomacho in horis cholera operetur, & purget cholera. Eisdem horis debes dare medicinam, si volueris purgare melancholiam per inferiora. Si ergo volueris purgare melancholiam, debes dare medicinam ante horam nonā, ut in horis melancholia operetur medicina, et educat ea. Si verò volueris phlegma purgare, dormiat patient per tres horas noctis, vel quatuor, & tūc ante mediam noctē detur medicina, nec post dormiat. Si sanguinem volueris purgare, mane minuas, nisi senex fuerit, vel ægritudo, vel aliud repugnet. Quod si in alijs horis purgaueris humorem, quandoque magis nocet, quam conferat, quoniam humor, qui tunc dominatur, expellitur, & non ille, qui est purgandus.

De consideratione humorum diuersorum.

Humorū diuersitas cōsideranda est, quia si abundauerit sanguis, phlebotomandus est. Si cholera, per vomitū purgamus, nisi sit cū sanguine, & tūc purgantur cū phlebotomia, nisi sit in intestinis inferioribus. Si fuerit phlegma, vel melancholia, purgamus inferius; nisi fuerit circa os stomachi, vel circa superiores partes. Attende tamen in his omnibus tempus, quia præcipue tempus videndum est, diuersitas regionum, per quas consideratur humores, scilicet superior, & inferior: per nares, & per palatum, & per venas, &c.

De consideratione loci, in quo est materia.

Locus etiā considerandus, in quo debet dari medicina, an sit nimis calidus, ut in æstate pp calorē Solis, an sit nimis frigidus, sicut frigiditate hyemis, vel regionis. Si ergo nimis fuerit calidus, temperetur cum infusione aquæ frigida, & appositione mitti, salicis, viol. & viridis, &c. Si fuerit nimis frigidus, ignem fieri facimus sine

fumo, sicut de carbonibus, & patientes pelibus indutus, & calciatus, & sella sit iuxta ignem panis, & alijs circū data; ne frigidus subintrare possit per inferiorem regionem; & lædere ipsum.

Quo tempore detur medicina.

Medicina quq; datur in vigilijs, quq; in somnis. In vigilijs damus liquidas medicinas, & leues, & maxime qñ partes vicinas stomacho, & leues stomachi humores purgare volumus. Cū. n. ligda medicina cito dissoluatur, cito operatur. Si. n. tūc dormiret, cū naturalis calor tūc incēderetur, medicina amitteret vim suā, & infirmū in sudorē resolveret, & humores attraheret. Itē cū liquidi, & leues humores cito, & facile dissoluant, cito, & facile veniūt ad vias expulsiōis. Si ergo dormiret, posset cōtingere, q medicina non debilitaretur, sed tantū resolveret humores, qui remanētes putrescerent, & facerent pessimos morbos. In somnis ei damus pilulas, & duras medicinas, & forte cū duos, & crudos humores maxime in remotis partibus existentes purgare volumus. Cum. n. pilulæ, medicina dura sint, fortem calorē, ut dissoluatur, exigit. Cum ergo somnus sequatur, calor augetur, & dissoluit pilulas. Itē cum humores sint duri, compacti, & remoti, in somnis, melius penetrat vis medicinae ad extremas partes in vigilijs. Dentur ergo pilulæ in sero eunti dormitum. Sed postquam incipiunt ducere, dormire non debent. Possunt autem fieri pilulæ de qualibet medicina.

Contingit, ut nos oporteat dare medicinā, nec tamē possumus subito complexionem cognoscere. Habeamus ergo medicinam antidorā, & qua viā præparemus, qua vtrum facilis sit ad dissoluendum, vel durus cognoscere valeamus. Detur ergo aliquid, quod humores dissoluat leuiter, sicut benedicta, stomachicum, cathartū cū imperiale. Vel demus aliquas lenes pilulas, decoctionem polypodij, agarici, vel claretū, quod sit de polypodio, agarico, hermodactylis, & distempera cū vino, addito melle despumato, dimitte residere, & da, vel idem facias de polypodio, & esula cū pauco cinnamomo, hoc phlegma bene dissoluit, & bene purgat. Vel accipe herbas solubiles, ut est mercurialis, beta, malua; coctas cum carne porcina pingui. Quod si per aliquod horum soluantur, secundum quantitatem solutionis, possumus cognoscere, vtrum violenta, vel leui indigeat purgatione.

De delicatis, qui nequeunt suscipere medicinas.

Sunt vero quidā delicati, qui medicinas suscipere nequeūt, vel propter medicinis nigredinē, vel amaritudinē. Quibus damus claretū laxatiuū. Rec. vini. lib. x. polypodij, mellis despumati, an. lib. ij. agarici vnc. ij. cinnamomo. garyophylli, spicæ, zinzib. galange, ana vnc. i. piperis dra. v. Confice sic. vinū, & mel in colatura distempera, & polypodiū bene triūt coquatur ad tertiā partē, et cola, & puluerē aliarū specierū in colatura distempera, & pone in sacculo, & fac pigmentum colando sape, donec fiat clarum, & da secundum vires vniuscuiusq; postea potest aquam frigidam. Si volueris cōstringere, si nimis fortiter ducit, da calidam aquam, hoc suaue est, & omnibus conueniens. Item accipe species ad proprietatē illius humoris, q purgandus est, & fac inde syrupū, & dabis, & fit hoc modo. Accipe species, & coq; in aqua, & pone in sacculo, vel sine sacculo, postea cola, & addito zucharo, fac inde syrupū. Itē fiat inde aqua, & def; fit aut hoc modo. Accipe species, & pulueriza, & pone cū aqua, & distempera, postea mitte in vase, supposito alio vase vitreo; & fit ita, ut sit aqua rosarū, & appone parū zuchari, si sit amara, & dabis. Sed nota, qd maius pondus est de speciebus ad faciendam aquam, quia in aqua aliquantulū vini admittitur. Itē accipe elleborū album, & coq; in aqua cum frumento, & illud frumentū gallina comedat per dies octo, tūc occidatur, & coquatur in aqua, & detur ad comedendum, & ius ad sorbendum: satis, & sine molestia ducit.

De diuersitate ætatum.

Diuersitas ætatum cōsideranda est in pharmacia. Nā aliter senibus, aliter iuuenibus, aliter pueris damus. Senibus autē, & pueris non damus dissolutiā, sed solutiā medicinā, nisi necessitas ægritudinis cogat; nec damus

Dei. m. m.

mus fortes medicinas, sed leues. Cum. n. corpora senum sint debilia, & dissoluta; si daremus fortes medicinas, & dissolutiuas, magis dissoluerentur, & debilitarentur. Similiter vero, nec pueris; quia cum humiditas puerorum sit multa, & lenis, si daretur dissolutiua, & fortis medicina, cito consumeretur eorum humiditas; vnde sequeretur spasmus. Sed sunt quaedam dissolutiua facilia, quae damus. Sicut zingib. rheubarb. myrob. tamen eos timeamus, quia nimis desiccant. Item nec pueros, nec senes purgamus in aestate, propter resolutionem humorum eorum, qui veniunt ex calore, ne scilicet nimia ex medicina sequatur dissolutio, quod si necessitas urgeat, patetur locus, ut expedit. Iuuenes autem dissolutiua, & solutiua medicina omni tpe purgari possunt, fm suae complexionis exigentiam, & mali humoris proprietatem. Magis etiam de medicina exigunt, senes, vel pueri: & propter fortitudinem virtutis eorum, magis danda est iuuenibus, quam senibus.

De diuersitate complexionum.

Diuersitas complexionis consideranda est in pharmacia, quia plus damus de medicina phlegmaticis, quam cholericis, & plus melanc. quam phlegm. quia phlegmate durior est melancholia, & maiorem habent humiditatem melanc. quia durior est phlegmate melancholia. Si ergo cholericis detur scammo. pone in pondere vnus denarij, phleg. in pondere ij. melanc. in pondere iij. Cholericis quidem parum debent accipere de scammo. Nam si multum acciperent, cum calidiores, & sicciores sint alijs, scammon: eos magis calefaceret, & potius eorum naturalem humiditatem consumeret, quam nocuum purgaret; quia quanto quis tenuior est, tanto minus indiget repentina purgatione; & quanto carnosior est, tanto melius potest ferre repentinam medicinam, quia eorum multa est humiditas.

De multa, & pauca materia.

Materia quandoque multa est, quandoque pauca. Vnde danda est medic. quandoque multa, quandoque pauca, leuis, & fortis. Pauca. n. materia leui soluitur medic. nisi forte nimis sit compacta; & tunc prius debet digeri, & postea purg. Multa vero materia multa indiget medicina, & fortiori. Non tamen tota simul est euacuanda, sed per interualla, & paulatim, maxime si sit in remotis partibus, teste Hipp. Nam fm eum, multum, & repente euacuare, siue replere fallax est, & omnino inimicum naturae.

De dissolutiua medicina.

Medicina dissolutiua, alia dura datur, alia distemperata. Datur dura in sero, ut somnus sequatur eam. In partibus remotis a stomacho, in quibus humor continetur, quem purgare intendimus, ut podagricis. Et hoc ideo, ut moram in stomacho faciendo a naturali calore resoluitur, & calefaciat, ut fumus ab ea quousque; ad partes remotas, in quibus est materia, leuiter perueniat, super dormire debent, quia in somno naturalis calor augetur, & medicina adiuuatur; vnde ipsa melius purgat. Danda etiam est cum vino, ut virtute vini ad remotas partes penetret. Dissolutiua vero medicina datur distemperata, cum materia, quae in stomacho, vel in partibus vicinis est stomachi, in intestinis, vel in hepate purgare intendimus. Quandoque cum calida, quandoque cum frig. ut sanis, & fortibus, cum calida, ut aegris, & debilibus; quia vis medicinae per quam resoluta, quae in stomacho, & in intestinis reperit, resoluit, diuidit, & expellit.

De febre ex potionate data.

Superuenit febris potionato diuersis de causis: sicut sex nimia euione, vnde spiritus calefacit, & sequitur ephimera, vel nimio potu, atque nimia comestione, vel gelositate, aut ex frigido. vel nimia humorum attractione ad stomachum, qui pra nimia debilitate, vel paucitate medicinae nequeunt expelli, & remanentes ibi putrescunt, & febrem faciunt. Quae si superuenerit, statim ducatur ad balneum, si fuerit fortis, fiat ignis duplex, & in medio ponatur aeger nudus, & dialthaea vel martiaton, ante, & retro vngatur. Cum vero balneum exierit, vel vnctus fuerit, cooperiatur bene, ut sudet, & sic soluetur, si febris ephimera fuerit. Quod si non soluetur, febris facta est vi no humorum, aut medicina dissolutorum, & in stoma-

cho congregatorum. Debet ergo iterum purgari, & si non recesserit febris, tertio purgetur, quousque febris redeat: tunc si debilis fuerit natura, reficiatur prius, & postea leuis detur purgatio. Solent enim huiusmodi febricitantes multum sitire; quibus damus aquam, in qua gummi arab. & dragacanthum, & in frigidatam bibant, vel aquam frig. semper teneant in ore, & gargarizent, & eiciant, vel aquam, in qua psyllium est distemperatum.

De siti nimia in potionato.

Superuenit sitis nimia potionato quandoque, quae quidam sustinere nequeunt; his ergo damus tepidam, in qua coctum sit gummi arab. & tragacanthum, vel mica panis bulliatur in aqua. Fit etiam alia sitis, quae quidam signum bonae purgationis existimant decepti auctoritate Hipp. dicentis. Quicumque in pharmacijs purgantur, non sitiunt, neque quiescunt, donec sitiant. Non. n. semper bonam purgationem significat. Verbi gratia. Si quis habet corpus phlethoricum, et post quinque, septem, vel septem, multum sitiat, malum est signum. Significat. n. cholericos, et siccos humores ad stomachum attractos, & non expulsos, a quibus calidus fumus, & siccus resolutus oesophagus, & spiritalia desiccando sitim generat. His ergo danda est medicina solutiua, donec sitis cesset, quod signum est bonae, & perfectae purgationis. Similiter cum corpus plethoricum post decem, vel viginti assellationes sitierit, sitis. n. est ab omnibus membris, & non a stomacho solo, quod si ante purgationem sitierit, purgetur quousque sitis cesset.

De potu in potione.

Contingit sepe, quod ferre nequeunt aqua frigidam vel medico nesciente, vinum bibunt, & inde magni periculum incurrunt, sicut in statione, vel tortione ventris, &c. Si hoc eueniat, vomitum prouocabis cum bibitione aquae calidae, & immisione pennae in os intinctae in oleo vel digito in ore, vel bibant cum oleo pauco tepidam, & sic digitis immisis in os prouocent vomitum.

De nequeuntibus assellare ex potione.

Euenire solet, ut potionati assellare nequeant pro medicina debilitate, vel paucitate eiusdem, & pro suscipientis nimia frigide, sicut in melancholicis, in quibus quandoque humor frigidus, & angustia magis sequitur, vel propter nimiam humorum resolutionem medicina vim extinguenti, ut in phlegmaticis, in quibus cum phlegma incipit dissolui, extinguitur medicina, sicut cera carbones, quia grossi humores resoluti sunt, & nequeunt expelli: sequitur dolor intolerabilis, & tortio valida circa stomachum, & intestina, & solutio nimia, quod est mortis signum, vel periculum. Vnde quodcumque hoc euenierit, patientem ducamus ad balneum, vel iuxta magnum ignem, & vngatur vnguentis calidis, ad pectinem, & renes, ventrem, & intestina, & regulam calidam stomacho superponamus, ut naturalis calor confortetur, & virtus medicinae excitetur. Quod si sic non assellauerit, cum clystere succurrendum est mollificatiuo, quod fit de cantabro, de malua, polypodio, agarico, tritis, & coctis cum aqua; cola, & adde parum olei, & misce, vel de eadem medicina, quae suscepit, fiat clyster, nisi fuerit in ea euphorbium, quod cito facit dysenteriam. Aliud prouocetur vomitus cum oleo, & tepida aqua digitis in ore immisis. Quod si non senserit dolorem, vel tortionem, non est multum euacuandus, tamen ne scammonaea alicui membro adhaereat, aquam calidam myrtarum potui damus patienti.

Quando parum ducit medicina.

Solet contingere quando medicina incipit ducere, quod non tamen ducit, quantum debet, & hoc pro debilitate, vel paucitate medicinae. Cui post adhibeatur remedium. Auctor Hipp. dicens. Elleborum mouet corpus. Ponatur ergo in motu, & deambulet per domum, nec tamen cum impetu, quia per sudorem potest virtus medicinae exhalare. Quod si non valet, & stomachus sit indignatus, detur amplius de eadem medicina. Si fuerit indignatus detur electaria dulcia laxatiua, sicut oxy, vel catharticum imperiale, zuecharum violaceum, & stomachicon, & similia, vel res obolos de scammonaea, cum iure pinguis gallinae des, vel venter vngatur vnguento laxatiuo.

Mesue.

M M m 3

Quando

Quando superfluit.

Medicina quandoq; modū excedit sepe inducendo dysenteriam, & hoc vitio medici, vel porionati. Vitio medici, si nimis dederit acutam med. Vitio porionati, si se exposuerit frigori; vel locus ubi affellat, vento sit expositus. Contingit etiam habilitate humorum ad expulsionem praparatorum, sicut in pueris repletis humoribus calidis, ex tali enim nimietate fluxus sequitur dysenteria, quod est magnum periculum. Ne fiat igitur, restringamus fluxum cum aqua, in qua coquatur gummi Arabicum, bolus, sanguis draconis. Vel diacodion damus, vel syrupum myrtinum, vel syrupum de cytonijs. Prius vero imponatur manus, ne nimis sit calida.

De Dysenteria ex pharmaco.

Si dysenteria sequatur, quod sit per sanguinolentā egestionem; ponatur supra ventrem mica panis hordeacei, quæ sic præparetur. Panis per medium scindatur, & mica auferatur, & exteriora in aceto forti, & tepido, ut dictum est, imponantur. Deinde detur syr. qui recipit decoctionis rosarum, myrti, gallæ, balaustræ, lib. iij. cui addantur li. ij. de succo plantaginis cocto, & despumato, coquantur ad tertiam partem, & addito zucharo, syr. fiat, & detur cum pulvere boli.

De debilitate ex pharmaco.

Debilitas inuadere solet potionatos post quinque, vel septem fellas; quod significat bonos humores cum malis euacuari, ex quorum euacuatione debilitas sequitur. Huic statim damus ad bibendum vinum, in quo temperata sit mica panis affati, & prædictis constrictiuis constringimus.

De tenasione, & est voluntas affellandi sine effectu.

Provenit aut in potionatis, vel ex medicina acuitate, vel ex stultitia affellantis egerere nimium conantis. Sedeat patiens in apozemate, quod recipit corticis mali granati, balaustræ, gallæ, sumach, ros. corticis castaneæ, corticis celsi, & lentisci, corticis forbæ, & cytoniorum, & acaciæ, & hypoquistidos. Omnia terantur, & coquantur in aqua, & in ea aqua tepida sedeant, & vrantur diacodion cum croco.

De Defectu Appetitus.

Appetitus deficit quandoq; potionatis, quem restituiamus cū succo mali granati acetosi, vel mali matiani, vel vix acerbe, cum pauco pipere, & similibus, vel cibum, quem suscipiunt comedant cum condimento, quod recipit succi mentæ, vnc. ij. succi petroselinii, zingib. ana vnc. ij. piperis, zuchari, vnc. 4. & aceti vnc. iij. postea detur syr. rosaceus, & diarrhodon.

De Vomitu.

Vomitum dandus est in ætate; quia tunc nimium calidi humores, & leues solent abundare, qui humores sequentur temporis proprietatem. Datur etiam sanis ad sanitatem custodiendam. Aëris vero ad expellendam egritudinem. Si ergo sanis detur, dandus est post cibum; ut superfluis cibo inuisceatur per vomitum expellatur. Ait enim Constantinus, Vomitus bonus est ante cibum; sed melior post cibum. Si vero detur ægris, dandus est ante cibum in mane. scilicet cum stomachus facta digestionis præcedentis noctis a cibis, & potibus liberatus est, & vacuus. Et si sit debilis, prius cibetur duobus ovis forbilibus, ut stomachus confortetur, & medicina nociva facilius expellatur. Præparandus autem est vomitus, & temperandus hoc modo. Si vero cholericus fuerit, sero præcedenti dandus est cibis forbilibus, ut stomachus lubricus fiat, sicut ovum forbile, ius piscium, ius gallinæ, & similia. Quod si fuerit phlegmaticus, vel cholericus per duos dies, vel per vnum, hoc modo præparetur. Probare etiam debemus utrum facile vomat, vel difficile. Detur ergo prius syrupus acetosus cum calida, vel semen rapæ, radices, & acciplicis, cepæ, & feruentem aquam superpone, & per pannum cola: & da colaturam, & secundū hoc quod vomuerit, facilem, vel fortem vomitum.

Documen.

Non autem dandus est vomitus patientibus in spiritalibus, nec asthmaticis, nec pectus strictum habentibus, quia nimis molestantur, & timenda est in eis suffocatio.

E Item quandoque fit nimius vomitus, vel acumine medicinæ, vel quantitate, vel humorum habilitate. Qui, ut restringatur, ponimus pedes eius in aqua frigida: & damus bibere decoctionem gummi, vel sanguinis draconis, vel boli, vel puluerem eorum cum prædicta decoctione, vel puluerem mastice, & gummi cum eadem decoctione damus, vel puluerem mumie, vel damus panem assuū in vino, vel aqua infusum. Fiat etiam emplastrū de sanguine draconis, bolo, mastiche, olibano, gummi, omnia tere, & distemperata cum succo mentæ, stomacho superpone, vel spongia in aceto bullita stomacho superponatur. Dentur etiam constrictiua, quæ scripta sunt in nimio fluxu ventris ad constringendum.

De ruptura venæ ex vomitu.

Solet etiam contingere, quod ex nimio vomitu, et vomendi conamine, vena rumpitur interius: & vomit sanguinē. Contra quæ damus puluerē mumie, vel puluerē saluie, cepulle, & puluerē mastice, vel olibani, vel amydi, vel diacodion, & superponatur stomacho emplastrū de sandalis albis, & rubeis, bolo, gūmi, & mastiche, tere, & distēpera cū aqua rosarū, vel cū decoctione gummi.

De singultu.

Singultus superuenit sepe vomitibus. Sed aliquando fit ex humoribus ad stomachum attractis, & nō expulsis, quod scitur si parum vomuerit, & sequitur singultus. Aliquando ex inanitione, quod fit propter nimiam euacuationem. Si ergo fiat de humoribus ad stomachū attractis, iterum detur vomitus. Tamen si debilis fuerit, confortetur prius duobus ovis forbilibus. Si fiat de nimia euacuatione, solvatur per contrarium, scilicet cum repletionem, secundum quod innuit Hippocrates, dicens. Indigentiam repleo soluit. Cibentur ergo leui, & solubili cibo. Detur namq; succus mali granati, syrupus violatus, syrupus gileni, & simplex, vel syrupus rosaceus, ius tritici, fatris, amygdalarum, ius gallinæ, vinum albi bene lymphatum. Quod si hoc non valet, damus diacastoreum cum succo mentæ, damus etiam electaria confortatiua, sicut diamargariton cum succo dianthos, & rosatam nouellam. Damus trypheram magnam, vel solum temperamus cum aqua, & damus.

De singultu superueniente spasmo.

Si ad spasmus superueniat singultus, mortale est. Vnde Hip. Spasmus ex elleboro, mortale. Per elleborum aut quilibet medicinā laxatiuam intellexit, & facimus tunc quod possumus. Accipe farinam fenugræci, psyllij, farinā hordei, mel, et oleum violatū, vel commune, quod sufficit, & fac emplastrū hoc modo. In melle, & oleo coquatur malua, viola, radix maluauisci, cola, & additis farinis fac emplastrum, et pone sub vtraq; axilla, & musculis maxillarum, & super nuchā vsq; ab lumbos, & mulgeatur lac asinarum, vel ouium, vel mulieris puellam nutrientis. Lauetur sepe caput cum aqua in qua cocta sint malua, viola, rosa, hordeum, tereus caprinum; postea yngatur cū oleo, & medulla porcina, gallinacea, axungia porcina, vel anserina. His dissolutis, & mistis, ponatur in balneo tepido, in quo sit potum oleum rosatum, vel commune, sufficienter tamen prius coquantur in oleo illo capita papaueris, vel iusquiami, malua, viola, & similia.

PARTICULA SECUNDA.

Postquam de primo modo medendi sufficienter tractauimus, restat, ut ad secundum transeamus modū. Est igitur secundus modus medendi, qui in constrictiuis, vel mortificatiuis medicinis existit. Constrictiua vero medicina, vel mortificatiua est, quæ membrum dissoluit, constringit, vel humores in aliqua parte corporis resolutos mortificat, & consumit, ut sunt opiata, quæ constrictiua, & mortificatiua dicantur, eo quod humores, & membra dissoluta per ea solent constringi, & confortari, morbiq; & colores corporis mortificari.

Quomodo constringimus.

Eis aut quādoq; nimium dissolutos humores constringimus, quādoq; mēbra dissoluta, & debilitata confortamus, quādoq; superflua materiā consumimus. Si enim humores in aliqua parte corporis fuerint dissoluti, quod

quod saepe fit in stomacho, cerebro patienti catarrhus; dā dā sunt constrictiuae medicinae, sicut aurea, mithridatū diabolibanum, &c. quae digerantur; & in sanguinem conuertantur, et ad membrum venientes confortent ipsum, constringant, & rheumatismum ab eo prohibeant. In tali namque dissolutione non audemus dare medicinam dissolutiuam, ne ex maiori dissolutione magnus sequatur rheumatismus, qui defluens ad aliquod membrum principale laedit illud, & corrumpet. Datis etiam opiatīs, & humoribus constrictis, dandae sunt competentes pilulae, vel aliae competentes medicinae, quae humores prius dissolutos, & iam dissolutos competenter educant, ne ibi remanentes, vel aliam partem discurrerent, postea putrescant, & febrem, vel aliam aggritudinem inferant. Detur mithridatum paulatim, & per interualla, ne repentina fiat purgatio, vel aggritudo.

De membris dissolutis.

Membra dissoluantur, & debilitantur sapissime, sicut in chronicis febribus interpollatis. Eis ergo debemus dare opiatas; quae membra ex aggritudine nimis debilitata constringendo confortent, & quae confortata acuminis morbi melius resistens, & causam morbi, quam dissolutiuam a se repellere non poterant, confortata a se repellant. His autem non omnibus opiatas dare praecipimus; sed temperatiores, & minus siccitatis habentes, ut est rubea trochiscata, & similia. Membris igitur confortatis possumus uti dissolutiuis.

De reliquijs humorum in corpore.

Multoties remanent humores nociui relictī post febrium resolutionem in corpore, quae aliquando ad membra deriuati illa apostemant, vel alios morbos faciunt, vel etiam sunt causa reciduationis. Vnde Hipp. Quae relinquuntur in morbis post crīsim, subuersionem facere consueuerunt, quia ergo huiusmodi non audemus purgare, tum quia debiles sunt, tum quia debilis pauca solet in eis esse materia, ne praedicta in eis sequantur pericula, damus de opiatīs, quae & naturam confortent debilitatam, & paucam materiam consumant. Et hoc maxime faciendum est in his, qui frigidos patiuntur humores. Si quis etiam laborat de humore inter corium, & carnem contento, quod Garamantes ignorant, eis dandae sunt opiatas, quae consumant humores; nam si purgarentur, magis laederentur.

Quomodo debent dari opiatas.

Opiatā dandae sunt cum vino calido distemperatae, vel cum aqua calida. Cum vino non habentibus febrem, cum aqua vero febricitantibus; non tamen dantur omnibus, sed tantum his, qui laborant interpolata, nec quolibet tempore, quia non in accessionis tempore, ne calore earum augmentaretur calor febrilis; sed tribus horis, vel quatuor, ante accessionem, ut materia, quae infert morbum, consumatur. In principio quoque interpolatarū si materia fuerit pauca, & natura fuerit fortis, post tres, vel quatuor dies accessionis dandae sunt opiatas fortiores, & calidiores vim habentes; sicut est aurea, mithridatū, musa, & similia; & hoc ideo, ut materia consumatur. Cū enim materia sit pauca, siue propinqua, siue remota, non debemus dare dissolutiuam, ne pro materiae paucitate potius bonorum, quam malorum fieret resolutio. Quod si materia illa sit nimis cruda, post damus ea, quae digerunt; ut hiera picra, siue scammonia, theodoricon hiperifon. Et cum digesta fuerit materia, dandae sunt opiatas, quae deficiant illam, & consumant eam. Videndum est. n. cum materia sit pauca, & calor sit paucus, tunc non sunt dandae opiatas, quia nimis sunt calidae. Sed tantum refrigeratiua dentur, quae calorem reprimant; ut sunt cibi frigidi, & electaria frigida, sicut sunt tryphera saracenica, trialandali, oxy, &c. Similiter si multa fuerit materia in febribus, ut ipsae incipiant esse diuturnae, damus opiatas, ut materia calida facta citius digeratur, & consumatur, eiusque dyscrasia citius alteretur. Paralyticos et mul-

tum iuuant opiatas. Nam, & materia deficcatur, & eorum membra nimis in frigidata calefaciunt, & confortant.

De effectu medicinae constrictiuae.

Sunt, & aliae constrictiuae medicinae, vel mortiferae, quae non interius recipiuntur, sed exterius tantum oppositae eundem effectum, quem, & opiatas, consequuntur. Nam, & humores resolutos mortificant, et membra dissoluta confortant, & materiam consumunt superfluum, ut sunt frigida, & sicca. Verbi gratia, ut bolus, sanguis draconis, & similia, quae super caput, vel aliud membrum cataplasinata ipsum confortant, & fluxum in eo factum constringunt, sicut lachrymas, si fronti apponantur, vel humorem fluentem ad oculos, si temporibus super venas cataplasmentur.

PARTICULA TERTIA.

Reetus ordo sequitur, ut de tertio modo medendi tractemus. Est igitur tertius modus medendi, quo perditas, & consumptas in corpore restauramus. Hic modus medendi genus resumptiuum, siue enutritiuum potest appellari, eo quod magis conueniat his, qui reparatione indigent, & nutriunt conualescentes, vel ex aliquo casu nimium consumptos. Restauratio vero consistit in duobus modis, scilicet electario, & diata, sicut consumptio in duobus reperitur, scilicet humoribus, & membris. Consumuntur enim humores, ut in caufonide. Consumuntur, & membra, ut in hectica, & phthisi. Si ergo volumus humores restaurare, principaliter utendum est electarijs confortatiuis, ut est diamargariton, diarhodon, dianthos, diacodion, trialandali, & similia. Secundario cibis conuenientibus, & restauratiuis, ut sunt pulli gallinaei, caro lactentis capreoli, oua sorbilia, pisces saxatiles, ius gallinae, & similia. Potus sit vinum album. Facienda est restauratio humorum per similia. Ut si cholera sit consumpta, & eam volumus restaurare, dabimus electaria, quae digesta mutantur in choleram, ut diacalamenthum, zingib. conditum, & similia. Damus cibum calidum, ut piper, & similia.

De consumptis membris.

Membra consumptia si volumus reparare utendum est principaliter cibis solutiuis, & facile digestibilibus, & membris fortiter adherentibus, ut est farina hordei cū decoctione pulli, vel gallinae coctae cū lacte amygdalarū vel pinearū codita, etiam caro pullorū perdicis, phasianorum, iura gallinae, oua sorbilia, ficus, vuae siccae, & similia. Potus sit vinū albū, & aliquantulum rubeum, et temperatum cū pisanis, in qua coctum sit gummi Arabicum, pineae, amygdalae, danda sunt electaria, quae calorem naturalem confortant, & humiditatem in membris perditam restaurent; sicut tetrapharmacū, tryphera saracenica, diarhodon, diacodion, & alia supradicta. Facienda est autē omnium membrorum restauratio per similitudinem sicut humorum. Si autem sit facta consumptio calidorum humorum in corpore, offerenda sunt eo tempore temperata calida, quae naturalem calorem ex consumptione debilitatum confortent, & calidam substantiam in membris perditam restaurent. Similiter si frigidorum humorū fiat consumptio, frigida offerantur temperata. Considerandū est tamen utrum calor accidentalis nimis incendatur in corpore. Quod si fiat, danda sunt frigida, quae accidentalem calorem reprimendo calidam alterent dyscrasiam, sicut in his fit; quae post quotidianā hepar habent calefactum. Sint autē frigida, quae his offeruntur, leuia, facile digestibilia, & cito in nutrimentum corporis transeuntia. Si vero calor non sit multus, & frigidorum perditio non sit multa, danda sunt potius frigida, quam calida. Calor tamen naturalis, quia debilis est temperate calidis prius confortetur. Cum. n. calore febrili consumente substantialem humiditatem debilitatus sit, nisi prius confortetur, necesse est, ut ob solutionem frigidorū magis debilitatus suffocetur. Sunt autē, quae dantur, tam electaria, quā alia cibaria liquida; ut pro sui liquiditate per membra citius fluentia, melius, & leuius in corpore nentur, & nutrant. Vnde Hip. Facilius est repleti potu, quā cibo. Per potum intellexit liquida, per cibum spissa.

P A R-

PARTICVLA QVARTA.

Postquam quartus medendi modus ab alijs nōdum sit commendatus scripto, tamen quia utilis valde est, & certius, de eo tractemus. Est enim quartus medendi modus ab alijs scriptus, qui in digestiuis, & attractiuis, vel alterantibus, consistit. Digestiua vocamus, quæ materiam morbi digerunt, & ad expulsionem facilem præparant, & obedientem. Eis autem dupliciter vrimur, scilicet intus, & extra. Intus, vt in febribus ad dirigendam earum materiam. Extra, vt in apostematibus ad dirigendam putredinem in illis, sed alijs, & alijs modis. Si vero volumus digerere materiam egritudinis interius contentam, damus diuretica, sicut est apium, & similia, quæ materiam per partes diuidant, vt in partibus liquefactis operetur natura, & sic eas expellat, quam integram operari non poterat. v.g. Vt si magnum frustum carnis bulliat, quia integrum nequit decoqui per partes à coquo sapiente diuiditur, vt diuisum citius, & leuius decoquatur. Si enim volumus digerere materiam apostematis, vtendū est calidis, & humidis, sicut sanugræco, radicibus altheæ, & succo caricarum, & similibus. Omnis enim putredo, vt dicit Gal. per calorem, & humiditatem. Digerere vero apostematis materiam, nil aliud est, quam ad putredinē ducere, vt putrefacta expellatur. Nam si apostema immaturum aperiretur, ex dolore maior fieret humorum discursio, sic magis laderetur, quam iuuaretur agrotans. Dolor enim fit ex diuisione sensibilium partium. Re vera vero sequitur dolorem. Prius vero ducenda est materia ad putrefactionem, postea putrefacta expellenda est. Item digerere febris materiā nil aliud est, quam per partes diuidere, vt diuisa, & liquefacta, per poros leuius educatur materia. Quod facere non poterat dum erat integra, & compacta, vel propter sui debilitatem, vel paruitatem pororum. Quod si indigestam medicus eam euacuare præsumeret, potius agrotantem laderet, quam iuaret. Nam citius humores liquidi, & boni emitterentur, quam mali, & compacti per medicinam dissoluerentur. Vnde Hipp. Si qualia oportet purgari purgentur, & confert, & bene ferunt. Si vero non, contrarium. Prius ergo digeratur diuisiuis, Dehinc vtendum est expulsiuis, & hoc auctoritate Hipp. dicentis. Digesta medicari, & mouere non cruda, &c.

De consideratione diuersitatis materiei.

Consideranda est diuersitas materiei in digestionem faciendā ratione loci, in quo est materia. Nam sicut medicinarum quædam sunt frigida, quædam sunt calida, & digestiuorum, quædam sunt calida, quædam frigida. Item sicut locorum quædam sunt remota a nutritiuis, quædam a non nutritiuis. Sic quædam diuretica sunt, quæ magis penetrant ad remota loca, q̃ ad vicina.

De caliditate materiei.

Si ergo materia fuerit calida, vt in tertianarijs, & icticis, vtendum est diureticis frigidis, vt est semen melonis, citruli, cucurbitæ, & syrupus acet. & similia. Si vero fuerit frigida, vt in quotidiana, danda sunt calida, vt semen apij, petroselin. marathri, anisi, radices eorum, & syrupus acet. qui communiter datur propter sui leuitatem tam frigidis, quam calidis, dandum est diureticum, maxime in hyeme, & regione frig. Semina hoc modo danda sunt, terantur, & coquantur in aqua, & colata illa detur ad potandum. Sic & oxymel detur etiam calid. Nam & apostema diuidit. Quod si materia fuerit mista sicut falsum phlegma, misceantur calida cum frig. vt semen citruli, melonis, simul cum apio, &c. Si materia pertinet magis ad calorem, vt cholera citrina, plura, & frigida, & econuerso.

De diuersitate loci, in quo est materia.

Diuersitas loci, in quo est materia multiplex est. Nā aliquando in nutritiuis, aliquando in spiritualibus continetur. Aliquando in capite, aliquando in splene, aliquando in pleura, & in costis, aliquando etiam in spiritualibus sedibus continetur, &c. Si ergo fuerit in nutritiuis, sicut in stomacho, vel in hepate, vel in intestinis, detur oxymel diureticum, vel syrupus acet. cum calida, vel

E aqua decoctionis apij, marathri, petroselin. vel cucurbitæ, semini melonis, citruli, vel cucumeris, vel succo mali granati acetosi cum calida, & hoc secundum materiei exigentiam. Si vero fuerit in spiritualibus, non detur aliquod acetosum, quia spiritualia laderentur. Sed detur ptisanum, in quo coctæ sint radices, vel semen apij vel petroselin. vel semini citruli, melonis, cucumeris, & cucurb. & hoc secundum exigentiam materiei: omnia. n. prouocantia vrinam purgant spiritualia. Quod si fuerit materia in essentia capitis, sicut in epilepticis, detur aliquid, quod digerat, & in fumum resoluat, & diuidat materiam in cerebro. Quod si catarrhus fuerit in capite, vt est coryza, detur, quod digerat cum fumigio: Accipe pulegium, calamentum, thus, & coque in forti vino albo, & suscipiat fumum patiens per os, & nares sæpe, & diu habeat coopertum caput, ne exhalet fumus. Si fuerit in splene, sicut in splenetico, detur decoctio marathri, petroselin. spicæ, lingue ceruine, sparagi, & brusci, adianthi, & simili. Si sit in costis, vt pleuritici, detur ptisanum, in quo coctum sit semen citruli, melo. cucumeris, & cucurb. cū lacte amygd. Exterius autem apponatur emplastrum, quod fit de tibus siccis, de radice altheæ, & de semine lini, & sanugræci, & farina hordei. Confice sic, tere omnia, & coque cū aqua præter farinam, & postea bene tere, & addita farina hordei, & aqua decoctionis fac emplastrum, & super pone; multum enim maturat. Si sit in renibus, dentur prouocantia vrinam. Sed si sit multum in remotis partibus, sicut in pedibus, profunt diuretica data, quia digerunt, & per membra diuisa eis incorporantur, & diuidunt materiam, quam inueniunt, vel cum in stomacho sit eorum ebullitio, soluitur fumus ab eis eorum retinens, proprietatem, quia postea spiritum virtus inspicit ipsum, & sic ad membra transiens diuidit materiam, quæ in eis est, tamen cum materiam in tam remotis partibus volumus digerere, vtendum est fortioribus, & diureticis, quoniam illæ partes remotæ sunt a naturali calore. Inde est, quod egritudines, quæ fiunt in eis, aut vix, aut nunquam curantur, sicut podagrici.

De signis materiei digestionis.

Cognitis quibus materia digeratur, digestionis signa ponamus. In febribus igitur hæc sunt signa. Si accessio citius, & fortius affligat quam soleat, signum est digestionis. Hæc enim fit materiei liquefactione, & naturalis caloris fortitudine. Cum enim materia sit dura, & compacta, tarde digeritur, & parum de ea resoluitur. Vnde, & accessio tardatur, & parum durat. Tardius enim durat accessio, quamdiu durat materia, quæ digesta à naturali interpositione. Quod si materia fuerit liquida, & multum de ea resoluatur, cito confurgit natura ad expellendam materiam. Vnde & accessio citius arripit, & quædurat materiei consumptio, vel expulsio, durat & febris accessio, quod ignorant idiotæ. Vnde est, quod imperiti in quartanarijs cum vident in hyeme febrem morari, & parum adfigere, putant esse signum salutis, cum sit signum prolixitatis egritudinis. Non enim hoc fit nisi ex materiei duritia. Item si vrina non mutatur à principio, & incipiat immutari, signum est digestionis. Quod enim non mutatur à principio, fit ex materiei duritie. Quod vero mutatur, fit ex liquefactione materiei, vel aeris frigiditate. Cooperiendā est ergo, ne decipiamur aeris frigiditate. Item si vrina a principio fuerit tenuis, & postea inspissetur, vel infrigidetur, signum est digestionis, tenuitatis enim causa est compactio materiei à principio, a qua, quia nihil resolvebatur, nec vrina inspissabatur. Quod autem sit postea spissa, & postea subtilis signum est digestionis; hoc enim fit materiei purgatione, vel ad alium locum translatione, quod scitur per agrum. Nam si sensibiliter bene se habeat, & nō alienetur, purgatio est, & non alienatio. Si vero non, contrarium. Quod si vrina spissa in principio videtur, hoc habet fieri ex multitudine materiei. Similiter, & in alijs egritudinibus, in quibus vrimur diuisibilibus. Si vrina prius fuerit subtilis, & postea inspissetur, signum est digestionis. Tunc ergo securè possumus purgare. Digestio

stio vero materiei, in apostemate his comprehenditur si A
gnis. Si locus albescere incipiat, & dolor minui. Si prius
fuerit mollities loci post album, & spissum facilis est eie
ctio, vt in pleureti. Cum hoc videris, securius poteris ape
rire, nisi per se aperiat in exterioribus.

In catarrho hæc sunt signa, digestionis superfluitas,
spissitudo, & albedo, & facilis emissio.

De alterantibus.

Non solum digestiuis est vtendum in egritudinibus,
sed etiam frequenter alterantibus. Alterantia dici
mus vero, quæ imperum egritudinis reprimunt, & mi
nuunt, vt populeon dolorem capitis ex calore, tryphera
saracenica feruorem tertianæ. Alterantium vero, quædā
alterant, & purgant, vt tryphera saracenica. Quædam al
terant, & non purgant, vt triasandali. Alteratio vero in
duobus consistit, in qualitate scilicet, & materia. Alterat
enim qualitas, alteratur, & materia. Alterare enim quali
tatem est eius acumen reprimere, & si calor intendatur,
debent dari, quæ ipsum reprimant. Sic de frigiditate, si
cut de humiditate. Alterare vero materiam est eius impe
tum reprimere, vel minuere. Vt si cholera impetuose in
aliquo abundet, debemus adhibere, quæ eius impetum mi
nuant. Non enim audemus dare medicinam, cum mate
ria nondum sit digesta, nec cum æger impetum cholæræ
potest sustinere. Debemus ergo dare, quæ choleram pur
gent, & ægrum alleuiant: vt tantum possit fieri digestio,
& sic postea salubris fit purgatio. Fit autem alteratio ma
teriei quandoque in interioribus, quandoque in exteriori
bus. Interioribus, quandoque qualitatibus, vt dictum est,
quandoque materiæ. Si ergo alteretur qualitas, principa
liter est alteranda alterationibus, quæ sic alterant, quod
non purgant, vt triasandali. Si materia alteretur, alterari
debet præcipue alterantibus, quæ sic alterant, quod pur
gant, vt tryphera saracenica, psyllium etiam lotum in a
qua frigida, & similia. Similiter fit in exterioribus, quan
doque alteratio qualitatibus, vt dolor capitis per populeon,
quandoque materiæ, vt in apostematibus. Quædam vero
alterant materiam apostematum tantum, vt solatrum,
semperuiua. Quædam vero alterant, & maturant, vt mal
ua, & vitellum oui cum oleo rosato, vel viola. Si vero ma
teria fuerit nimis impetuoosa, vt choleta viridis, & angu
stet ægrum maxime, vt nec digestionem materiei præ
gustia possit expectare, vtendum est alterantibus, & rep
cussinis, accipe ergo solatrum, & semperuiuam, & quæ al
terant, & maturant tere, & superponatur, mire mitigant,
& reprimunt impetum cholæræ, & sanguinis. Facta ve
ro mitigatione melius poteris digestiua congrua appone
re, sicut est malua cum oleo rosato, vel violarum. Inde
est, quod in passionario præcipit Gal. superponi facta po
dagra, vt membrum reddatur insensibile, & sic pauset
infirmus. Fit autem alteratio tam cibis, & potibus, quam
medicinis competentibus.

De modo conficiendi.

Executo modo medendi, agendum est de modo cō
ficiendi. Ostendamus ergo quomodo debeant con
fici medicinæ, & quibus vnaquæque medicina proprie
valet egritudinibus. Cum ergo volueris conficere medi
cinam, prius considera species vtrum bonæ sint, nec ni
mia vetustate consumptæ. Similiter, & herbas, & earum
radices. Considera, & semina, vt scilicet sint cōgruis tem
poribus collecta, & in conuenientibus locis reposita, &
congrue siccata, non ad furnum, sed ad Solem, vel in vm
bra, fm quod exigit vnaquæque per se, Auctore Constan
tino. Nam cum simul teruntur, & quædam citius pulue
rizantur, plus de ea in aerem, & in fumū resoluitur, quā
de alia, & sic virtus medicinæ minoratur. Postquam au
tem trita, & puluerizata fuerint, species per se ponderē
tur, secundum, quod exigit medicina. Dehinc addito mel
le, vel syrupo, conficiatur. In cōficiendo tria sunt conside
randa, puritas mellis, syrapi decoctio, & eorum, quod suffi
cit appositio. Puritas mellis duo continet, scilicet ne sit
aquoſum, vel nimis coctum, & bene despumatum. Syru
pi decoctio bona est cū ad mellis inspissationem venerit,
quod scitur, cū gutta adhæret caciæ, vel posita super vn-

guem non spargitur, quod sufficit, sic intellige, vt & spe
cies possint conseruare, & easdem per membra deduce
re. Sit ergo mensura mellis talis in medicina. Si fuerit
vna libra pulueris, apponatur tres mellis. Mel autem ap
ponitur tribus de caulis in medicinis. Prima est, vt con
seruet species, quia conseruandæ sunt valde. Secunda, vt
ducat species per membra, quia valde colatiuum est, &
mundificatiuum. Tertia, vt dulcedine sua amaritudinē
specierum temperet. In tritura specierum duo conside
rantur. Nam aliter debent conterri species laxatiuæ, aliter
non laxatiuæ. Laxatiuæ aliquantulum debent teri, vt in
stomacho moram faciētes humores a remotis partibus
dissoluant, & ne adherentes villis stomachi dysenteriam
generent, sicut est scammonia, euphorbium, & similia.
Non laxatiuæ subtilissime terantur, vt facile incorporen
tur, & quod suum est, cito perficiant. Et hoc maxime de
bet fieri in electarijs confortatiuis.

De confectioe syrapi.

Syruporum confectio varia est. Nam aliquando fit
simplex, aliquando composita. Simplex est, quæ fit
de solo zuccharo cum aqua. Composita, quæ fit de specie
bus, vel de alijs. Compositus autem multiplex est. Ali
quando de herbis, aliquando de seminibus, aliquando de
radicibus, aliquando de floribus, aliquando de succis, ali
quando de fructibus.

Item syrupus alius clarus, alius non clarus. Sed clarus
debilius est non claro, quia clarus in specierum absen
tia, quod per albuminis appositionem cum puluere spe
cierum adhæret. Fit autem clarus, vel ad delectandum
vel ad vendendum.

Item syrupus alius fit de zuccharo, alius de melle. Si
ergo fiat syrupus de zuccharo simplex, ponatur zuccha
rum in aqua, & bulliat ad lentum ignem, quousque adhi
ret caciæ gutta, vel super vnguem posita non disperga
tur, & hoc est signum decoctionis in omni syrupo.

Si vero fiat de speciebus compositus, terantur subtili
ter, & apponantur in sacculo, & sacculus ille ponatur in
aqua cum zuccharo, & bulliat diu, & exprimatur sac
culus ille sape, vt ius specierum transeat in syrupo: post
quam bullierunt diu, colentur, & coquantur ad perfe
ctionem syrapi.

Si vero fiat de herbis, vel de floribus syrupus, coquan
tur prius in aqua, postea colentur, & zuccharum adda
tur huic colaturæ, & coquatur ad modum syrapi.

Si autem fiat de seminibus, vel de radicibus, terantur,
& coquantur in aqua, & colantur, & addito zuccharo,
fiat syrupus. Tunc si de psyllio facere volueris, propter
sui viscositatem ponatur in sacculo, & fac syrupum.

Si vis facere electarium, addantur species, & confi
ciantur in mortario, vel cacabo, secundum genus medi
cinæ. Ponitur autem syrupus in medicinis propter zuc
chari temperantiam, vt medicina securè acutis, & cali
dis morbis possit dari, sicut tertianæ, caustionidi. Neque
enim calidis morbis audemus medicinam cum melle
dare, maxime in acutis, & hoc propter sui calorem, vel
ventositatem. Licet enim calorem, & ficitatem mellis
per appositam possit minuere, nullatenus tamen ventosita
tem ex toto possumus remouere.

Si vis facere syrupum clarum a principio, vel post, sy
rupum tamen parum in frigidato, prius per motum spa
thulæ ponatur spuma albuminis oui rufi, & moti cū ca
cia, vel manu, vel in aqua frigida; & dimittatur diu bulli
re ad lentum ignem, ne pro nimia ebullitione continui
tas spumæ pereat, nam quanto magis erit continua, tan
to magis adhærebunt ibi superflua, nec moueatur syru
pus, vt magis adhæreat spumæ, q̄ syrupus debet inspissare.
Postq̄ diu bullierit, remoueat spuma illa, & cōsideretur
spuma illa i ampulla vitrea, vtrū sit satis clarus. Qd si nō,
apponat alia spuma albuminis, & bulliat quousq̄ clarus.
Syrupus acetosus fit de aceto, & zuccharo, sicut syru
pus ex aqua, & zuccharo.

Si vis de fructibus, tere, & coque in aceto, vel aqua,
secundum quod vis facere syrupum, & addito zuccharo
colaturæ, fac syrupum.

Si vis

Si vis facere syrupum de succis, pone zucarum in eo, & dissolue ad ignē, & cola, & postea coq; in syrupo.

Quod si vis facere de speciebus, & herbis; herba coquantur in aqua, & colentur: & in colatura ponatur zucarum, & pulvis specierum in sacculo, & syrupus fiat, vt superius dictum est.

Quod si vis facere syrupum de melle, prius bene despumetur, & postea in aqua ponatur, & bulliat diu, & vt dictum est, clarescat. Difficilius tamen fit, quā de zucharo, & potest dari quotidianarijs in hyeme, & frigidis morbis.

Si vis facere, vt videatur rosaceus, prius coque rosas, vel radices in aqua rubea, sicut parietariam, cola, & addito melle fac syrupum, idem fac de violis, si vis, vt appareat violaceus.

Item si vis syrupum spissum, vt electarium, & deferre in pyxide, de tribus partibus zuchari fac syrupum, et coque plus iusto, & postea pone in mortario, & adde ibi quartā partē zuchari bene puluerizati, & diu tere, quousque album fiat, & spissum ad modum tragacanthi, vel amydi, & teratur, vt supra dictum est. Et notandum est, quod in principio syrupi, vel cuiuslibet decoctionis maior debet fieri ignis, quia maior humiditas est, quam in fine, ideo in fine fit patuus, ne fiat adustus, vel corruptio humiditatis, vel nimia consumptio illius syrupi.

De confectione cerati.

OMne ceratum ad hunc modum conficitur. Prius ceram resolue, & si quæ fuerint resoluenda ibi, resoluantur cum ea, vt gummi, &c. Depone ab igne post liquefactionem, & specierum puluerem appone mouendo cum spatula. Et si volueris emplastrare, facias magis spissum. Si vero volueris cum eo ungere, vel fricare fiat liquidus.

De quibusdam medicinis, ad quæ scilicet valeant.

Restat dicere, quæ medicinæ, quibus propriè valeant ægitudinibus, & principaliter de opiatīs. Aurea propriè valet ad omne vitium capitis ex frigidityte, maxime ad rheuma, & grauedinem oculorum, & vitij matricis, temperata etiam cum vino calido, & per nares injecta caput optimè purgat. alternatim in fero damus ad modum auellanae.

Adrianum propriè valet contra omnem frigiditytē, et maxime capitis, & contra grauedinem oculorum, datur in modum auellanae fero cum vino, in quo decocta sit salina, datur etiam quartanarijs ante horam accessionis.

Acharistum propriè valet contra catarrhum, & contra omne vitium pectoris ex frigidityte. In fero cum vino calido in modum auellanae.

Athanasia datur propriè contra fluxū sanguinis mulieris cū aqua pluuiāli, in qua cocta sit proserpinata, plantago, vel hypericon, quam decoctionē cum lapide hematite supra lapidem molarē tādū ducimus, donec in sanguineū colorē vertimus, cum quo medicina ipsa distemperata, & potui data, et bombace ex ea intincto, & sepius in vulnere misso sanguinem stringit. Hoc idem facit hamoptoicis taliter distemperata, & bibita. Quæ similiter distemperata, & naribus attracta sedat fluxum sanguinis.

Alcancalon propriè datur patientibus acutis febres; sed maxime tertianarijs, datur caliginem in oculis patientibus, aut ex fumo cholerae, aut ex acuta febre in modum castaneæ in mane cum tepida.

Blanca datur propriè contra passionem capitis ex frigidityte, & maxime paralyticis tremulosis, & epilepticis cum vino, in quo cocta sit salua in mane.

Benedicta propriè valet ad guttam arthriticam, & ad podagrā ex frigidityte, renes, & vesicam purgat in mane cum tepida ad modum castaneæ data.

Diaolibanum propriè stringit lachrymas oculorum, & rheuma capitis, curat dolorem ilij in fero in modum auellanae cum vino, in quo coctum sit olibanum.

Darhodon propriè datur hepaticis, & contra vitium pulmonis, quod ex calore fit; mirifice confortat cōualescentes ex acutis, vel alijs ægitudinibus, & stomachū confortat cum frigida ante comestionem, in modum castaneæ.

E Diacodion propriè datur contra vitium pulmonis ex calore, vel pectoris, pleuriticis, peripneumonicis, heciticis, si tussiant, empyicis cum decoctione hordei bene triti, & tragacanthi in modum castaneæ.

Diarris propriè vocem restaurat perditam ex frigidityte. Valet ad omne vitium pectoris ex frigidityte cum decoctione hyssopi cum vino in modum castaneæ.

Diaprunis propriè valet acutis, mane cum frigida, & contra omnem calorem.

Diapapauer propriè valet hamoptoicis, phthificis in modum castaneæ, in mane, & meridie, & fero cum ptisana, vel aqua, in qua coctum sit tragacanthum.

Diapenidion propriè datur contra tussim siccam, & vitium pulmonis, & ad raucedinem vocis cū decoctione hordei in mane, et meridie, & in fero, in modum castaneæ.

Diamargaritō propriè datur cardiacis, tristibus, et omni debilitationi cordis, & stomachi, cū aqua rosata, vel cū frigida, mane, meridie, & fero in modum castaneæ.

F Elidra propriè datur melancholicis, tumidis, & quibus malus inest appetitus, & quæ appetunt carbonēs, & quæcūq; talia, data cum vino calido in modum auellanae. Valet etiam ad aurium dolorem, & ad putredinem cum careno distemperata, & instillata. Valet etiam ad fissurā labiorum. Electarium ducis propriè valet contra stomachi indigestionem, & illius dolorem cum vino, & contra ventositatem cum aqua, in qua cocta sint semina melonis, citruli, cucumeris, & cucurbitæ. Philonium, siue philathropon, & iustinum datur calculosis, & ad ilij dolorem, soluit dysenteriam, & stranguriam, datur cum vino calido, in quo cocta sit saxifragia, & grana milij solis, vel sparagi, & brusci in modum castaneæ post cenam fero. Garyophyllatum magnum datur propriè stomachicis, & acide ructantibus, & indigestionem patientibus, & iliosis, & vtramque cholera educit ad modum castaneæ in fero datum post cenam.

Catharticū imperiale propriè valet iliosis, & vtramque cholera educit ad modum auellanae mane, & fero datum.

G Lithontripon propriè datur lapidosi, frāgit enim, & expellit lapidem ad modum castaneæ cum vino, in quo coquantur saxifragia, milium solis datum omni hora.

Mithridatum propriè datur hentericis cum decoctione gallæ, vel myrti. Datur contra venenum cum succo mentæ distemperatum, & per potum, & per vnctionem. Datur etiam quartanarijs ante accessionem, cum calido multum prodest.

Musa etiam enea datur quartanarijs propriè ante accessionem in modum auellanae cum vino calido. Datur quibus vrina penitus negatur cū succo fenerionis, quod si cum tepida distemperetur, & tempora, & pulsus inungantur, & sudorem in acutis ægitudinibus prouocet, euasione significat. Si vero non, mortem.

Oxy propriè datur caustionidi, synocha, & etiam contra omnes acutas, & post omnes acutas cum frigida mane, & meridie in modum castaneæ. Si vero acuatur, valet tertianarijs, & dolori hepatis.

H Opopyra propriè valet contra paralytim oculorum, linguæ, oris, gutturis, manuum, & pedum, sanat cum decoctione castorei, & saluæ in vino in fero in modum auellanae.

Picra propriè purgat caput, stomachum, & renes, calescit cum calida in modum castaneæ.

Paulinum cum opio veteri nouæ tussi valet. Datur contra vitia pectoris ex frigidityte cum vino in fero pilulæ nouem, vel vndecim in modum orobi sine opio dr. 2. cum ser. 2. scammonæ factis pilulis, & stomachum, & caput ex phlegmate, & melancholia purgat, & oculorum grauedinem ex frigidityte tollit, cum vino calido accipiat media nocte.

Potio sancti Pauli propriè datur paralyticis cum vino, in quo cocta sit salua, castoreum, epilepticis, catalepticis cum vino, in quo cocta sit pēonia. In hyemali tempore detur mista cum Elidra, cum vino, in quo cocta sit gentiana ante accessionem. Datur etiam patientibus vulam ex rheumate, tussientibus cum ptisana.

Tryphera

Tryphera magna proprie datur contra dolorem stomachi virorum, & mulierum cum aqua, in qua cocta sint semina feniculi, anisi, masticis. Datur etiam contra omnia vitia matricis ex frigidityte cum vino calido, in quo cocta sit artemisia. Prouocat etiam menstrua cum artemisia bene trita, & oleo muscellino bene mista: & sic pessario ex bombace facto, & ex ea inuncto, & in vuluam misso. Mulieri etiam non concipienti si detur cum vino, in quo cocta sit mandragora, vel sambucus, miro modo valet etiam pueris, qui dormire nequeunt, & qui in nocte garriunt, distemperata cum lacte mulieris, & in modum ciceris data. Curat dysenteriam, & linteriam, cum vino sumpta optime stringit.

Tryphera faracenica proprie datur hepaticis, ictericis, quartanarijs ex cholera adusta, visui obscurato ex cholera rubra, & dolori capitis cum caliditate.

Hiera Rufi datur scabiosis, impetiginosis, & vtramque morpheam curat.

Hiera logodion proprie datur phlegmaticis, scabiosis, elephantiosis cum scammonia, epilepticis vero cum cochleario salis.

Syrupus acetosus ad diuisionem, interpolatis omnibus, & in minori hemitritæo, vel augmastico. Recip. radicis apij, petroselini, vtriusque asparagi, & brusci, &

A scariola, vel cichorea, fenugræci, sycomori ana vnc. i. fac bullire in aceto contritas, & cola, & illi colaturæ addatur zuccharum, & fac syrupum, & da mane cum aqua tepida.

Syrupus acetosus in acutis febribus alterans materiâ morbi, exprime quod acerosum est in citro, vel in citrangelo, & fac bullire parum cum zucchari vnc. i. & cola, & fac syrupum; & cum coctum fuerit superpone. scrup. i. camphoræ, & da mane cum tepida, meridie cum frigida.

Syrupus acetosus, durus, & albus, fac bullire acetum album, & fortecum lib. i. zucchari, vt perfecte sit acetum consumptum, & postea pone in mortario, & superpone pulueris zucchari li. i. & fortiter ducas, datur cum calida, diuidit materiam, stringit, & alterat.

Syrupus frigidus in peracutis febribus sitim sedat, materiam morbi alterans. Recip. sandal. vtriusque, spodij, succi lyquiritiæ, tragacanthi, seminis portulacæ, berberis, rheubar. ana vnc. i. campho. scrup. i. redige species in puluerem, & liga in sacco, & fac bullire cum aqua melonis faraceni, vel aqua cucurbitæ, vel in aqua, in qua psyllium fuerit infusum per noctem, & colaturæ adiunge zuccharum, & fac syrupum, & da semper cum frigida.

Finit ars medendi Cophonis.

